Ntis Joannes olim Mathei de Niemyie Sued heres ab una et Nla
Anna filia olim Jacobi Brzuszewsky de Lizynsky Coniux eiusd(em) ab altera
partibus [illegible] Sani mentibus et corporibus existentes palam publice ac li-
bere recognouerunt et quilibet eorum suo interesse recognouit Quia
ipsi inter se mutuam Aduitalitatem et vsumfructum Omnium bonorum
suorum Mobilium et immobilium in Ciuitate Niemyie Sued et alibi vbi-
uis consistentium quouis modo et iuris titulo se concernentium habitorum et
in post fauente Diuina clementia habendorum ad extrema vitae suae
tempora inscribunt et assecurant tali modo Quod si prius de hac
luce Deo volente Ntum Joannem Niemyski quam Modernam consortem
ipsius Nlem Annam Brzuszewska decedere contigerit Extunc ipsa
Bona eius Omnia Mobilia et immobilia Vbiuis locorum consistentia su-
per ipsum Maritum suum modo quouis ac iuris titulo concernentia cum
Vniuersis attinentiis et Omnibus vtilitatibus fructibus prouentibus Nullis exceptis iu-
re Aduitalicio tenebit et possidebit ac illis Deo ad extrema
vitae suae tempora Vsufructuetur Post mortem vero ipsius Bona eadem
Omnia in Successores Mariti sui deuoluentur. Simili etiam modo
si prius ipsam Nlem Annam Brzuszewska quam Memoratum Ntum
Joannem Niemyski Maritum eius Mori contigerit Extunc ipse bo-
na eius Omnia Mobilia et immobilia Vbiuis locorum consistentia
Summasque pecuniarias eandem Consortem suam quouis modo et iuris ti-
tulo concernentia quocunque modo illius interueniente deuoluta fue-
rint tenebit habebit et possidebit ac illis ad extrema vitae
suae tempora Vsufructuetur. Post decessum vero ipsius bona eadem
Omnia in Successores eiusdem consortis suae alias quauis contradi-
ctione Successorum ipsius deuolui debent.

Niemyie Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal(ibus) Brzansensibus [illegible] comparens
Ntis Martinus olim Jacobi Brzuszewsky de Lizynski heres Sanus
mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit Quia
Ntio Joanni olim Mathei Niemyski et ipsius Successoribus Respectu assi-
duitatis dotis post Nlem Annam Sororem suam consortem eius spectan(tem)
Nouem Sexagenas Polonicales debiti certi et septem Muliebrem Sun-
disowa hinc pro festo Natiuitatis Christi Domini in An-
no Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo proxime futuro
soluere se de Omnibus bonis cum Successoribus suis submittit et inscribit
Sub Vadio Simili Et Coram officio praesenti peremptoria responsi-
one ac satisfactione Omnibus in Seruiciis suis iuris re-
mediis et defensis se et suos Successores [illegible] abrenunciando.